



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Scientia patroni. Capvt XX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Ludouici XII de Ad. uocatis di. ctum.

Litis cala. mitas.

Aduocati. doct.

tur, nec tam lucro, quam honestati, & misero- rum, maxime vero pauperum utilitatibus. seruiat.

Quarto, dexteritas quaedam in regendis, & maturitas in conficiendis negotijs, ne quod Ludouicus XII. acibat, quemadmodum cerdo- nes corium dentibus, sic lites ille distendat: quod miseros saepe exclamare cogitur, quod incertus ille author, in poemate de lite:

Q. dira lites! o iurgia dira Deorum! O furij, ereboque, fata! mortalia semper Co: zinuò, airo laniatu cor: da secantes.

Accedat deinde oportet egregia supellex, scientia, iurisque cognitio, sine qua aduoca- tus, tabula potius dicendus est, quam Patro- nus.

Anastasius Caesar prohibet quempiam co- sortio aduocatorum associari, antequam per statura tempora, legum eruditioni noscatur inhaesisse.

In concilio vero Basilicensi, veratur, ne ante studium legum impensum per quinquenniū, in aliqua nominata academia quispiam Bac- calaureus legum, vel iuris Caesarei fiat, vel Pontificij, vel nominationem obtineat, excep- tis filiis natis ex utroque parere nobili, qui- bus sufficit triennium, quod ex constitutione Regis Ludouici XII. cautum est, anno 1512. art. 8. nunc autem permulti sunt aduoca- ti citius, quam coquantur Asparagi, quos me- xico quis: ολας τινας ά γενναι, & ουχορρα- γούναρ ηρώραω, dixerit.

Anteriori praeerea in stylo. Parlamenti, desiderat in aduocato gestum maturum, vul- tum laetum, moderatam humanitatem, curia- lem formam, irae temperamentum.

De Scientia patroni.

CAPVT XX.

Eloquentiae comes est in Patrono scientia, de qua praclaras habet monitiones Poi- seuinus noster, in sua bibliotheca, quas hic obiter perstringemus.

Cognitu imprimis necessaria sunt (inquit) iuris origo, Aequitas, partitio legum, & lega- litum librorum, iuriconsultorum veterum in- genia, interpretum, qui sequuti sunt, labores, qualitas, cautiones adhibendae.

Ordo Iurisprudentia addiscenda.

Vt primo diuina, ac aeterna lege cognita, quae lex amoris est, lex ab ipso Deo data, hoc est, Decalogus probe noscatur. Vt vis Christianae legis, quam e caelo detulit aeterna patris sapientia, quae uel legem natura- lem, & alias impleuit, non tam intelligatur, quam diligatur, & alijs, ut (aequissimum est) praferatur.

Tum ad leges duodecim tabularum accedant, de quibus ait M. Tullius i. de Orat. Bibliothecas me hercule omnium philosopho- rum uuas mihi uidetur 12. tabularum libel- lus, & auctoritatis pondere, & utilitatis vber- tate superare.

Inde ad Romanas veteres leges transeant, quae ab alijs collectae sunt post Pomonium, & eiusmodi reliquos.

Mox ad Iustiniani institutiones, ac demum ad reliquas ciuilibus corporis partes veniant.

Sic vero sine circutione, aut ambagibus inspectabunt in id se, quod optimum est, memores illius, e y. Iafflatu diuino. Dauid Rex pronuntiauit Cognoui, inquit, Domine, quoniam a quitas iudicia tua. Et illius. Diuina lex illuminat oculos: Et rursus illius. Et est u- lun: as Dei, (sanctificatio uestra.

Tum vero, ubi auctores perpaucos, & pro- batos, attentè, & mature perlegerint, iam tu- tiores ad publica negotia, & tribunalia acce- dent, memores praesertim & patriae, quam non habemus hic stabilitam, sed in caelo, & diuini illius Tribunalis, cui omnes aliquando sistemus.

Non erit autem, cur aliquis. nouos haereti- corum libros de Iurisprudentia uerset, qui- linguae elegantioris specie ornati (cum in ijs saepissime lateant spinae haeresum, & impieta- tis) soleat adolescentum animos. a recto ple- rumque abducere.

Hoc ipsum, quod in Axiomaticorum est sa- cramento hic commendandum, κοινον δὲ ἑ- ναι τὴν ἀγίαν τὴν θεοῦ κερδολικὴν καὶ ἀποδοτικὴν ἐκκλησίαν.

Corporis ciuilibus vniuersalis partitio.

CAPVT XXI.

Haec ubi delibauerit, sciat studiosus ciu- ile corpus, quod in Europe Academiae etia- num

Decalogus legum con- nium tyua- Et primi- iurispru- rum libe- r.

Mox du- decim tabu- larum libe- adiscendat.

Instituti- nes Iustini- ani.

Scopus in- iurispru- dentiae.

Caueandum a iuricon- sultis haer- eticis.